



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

XVII. De duello & duellum permittentibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

CAP. I.

cum reperiantur privatione digni, statim cum processu inquisitionis ad nos deferantur, eadem diligentia & inquisitio in quibuscuq; generalibus capitulis, etiam provincialibus quoad eos servetur, poenis aliis contra predictos, & alios publicos concubinarios iure statutis, in suo robore permansuris.

Publici autem intelligendi sunt non solum ii, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factam, seu per rei evidentiam, quae nulla possit tergiversatione clari, notorium est, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamatam tenent, & per suum superiorem admoniti ipsam cum affectu non dimittunt. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli jurisdictionem Ecclesiasticam habentes pecuniariorum quas eos in concubinariis percipere non erubescunt, patientes eos in tali foeditate fordescere, sub poena maledictionis aeternae praecipimus, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alterius quassus talia quovismodo tolerant, aut dissimulent, alioquin ultra praemissam negligentiae poenam duplicem eius quod propriae acciperint, restituere, & ad pios usus omnino converterere teneantur, & compellantur. Ipsas autem concubinas aut suspectas Praefati omnibus modis curent in suis subditis per auxilium, & brachii secularis in vocationem, si opus fuerit, penitus arcere, qui etiam filios ex tali concubinato procreatos apud patres suos cohabitare non permittant. Iubemus insuper quod in praedictis Synodis & capitulis praemissa publicentur, & ut quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneant, diligenter injungimus. Praeterea omnibus secularibus viris, etiam si Regali praesulgeant dignitate, ne ullum qualecunq; inferant impedimentum, quocunq; quassio colore, Praefatis, qui ratione officii sui ad veritas subditos suos pro hujusmodi concubinato, & aliis casibus sibi iure permittis procedunt. Et cum omne fornicationis crimen a lege divina prohibetur sit, & sub poena peccati mortalis necessario evitandum, monemus omnes laicos, tam uxoratos, quam solutos, ut similiter ad concubinatum abstineant: nimis enim reprehensibilis est, qui uxorem habet, & ad aliam uxorem seu mulierem accedit: qui vero solutus est, si continere nolit, iuxta Apostoli consilium uxorem ducat: pro hujusmodi autem divini observantia praecipit, hi ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quam aliis canonicis remediis omnifludio laborent. Rom. 14. Cal. Jan. 1516.

Pius V.

In Subditis, & concubinariis.

CAP. II.

Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios dissidentiae, perpetraverit, Curiae seculari puniendus tradatur, & si clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus simili poena subijciatur. Monemus praeterea omnes locorum ordinarios, & in virtute sanctae obedientiae eis praecipimus, ut statuta Tridentini Concilii contra concubinarios tam clericos quam laicos edita disticte faciant observari, reddituri Deo ac nobis si id omiserint rationem. Rom. 6. Cal. Apr. 1566.

TITVLVS XVII.

DE DVELLO ET DVELLVM permittentibus.

Iulius II.

Tugnantes in duello, & duellum permittentes, quacumq; causa, etiam iure probata, excommunicantur, eiq; sepulchra in loco sacro denegantur.

a Deuter. 23. Tob. 4. 1. Corinth. 6. Ephes. 5. Gal. 5. Actor. 15. Matth. 23. Marc. 7. b Non potest haereri magnitudine sceleris enarrari. Litt. lib. 6. cap. 23. c Concil. Trident. sess. 24. de reform. matrimon. cap. 8.

Regis pacifici qui regnat in caelis, licet insufficientibus meritis, vices gerentes in terris, cunctorum fidelium statui, prout ex suscepta servitutis tenemur officio, indefessa solertia intendentes, ac animarum periculis obviare cupientes, ad ea per quae ubiq; praesertim in terris Romanae Ecclesiae sponse nostrae subjectis inter fideles eisdem, caedes, rixae, & contentiones cessent, scandalorum tollantur fomenta, pax & concordia vigean, prosperisq; eorum successibus consulatur, opportuna provisionis operam impendimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane non sine maxima animi nostri perturbatione accepimus, quod nonnulli fidelium praedictorum, inimico humani generis instigante, & aliquibus causis occurrentibus, & plerumq; iniimis & inhonestis ac levibus verbis ad contumelias, contentiones, & diffidationes devenientes, ut alter alterius sanguine fatietur, ad temporales Principes & dominos, maxime civitatum, terrarum, & locorum sedi Apostolicae subjectorum cofugunt, ut eis locum tutum, sive campum ad duellum seu pugnam assignent. Et quamvis Principes, & domini praefati duellum sive pugnam eis dissuadere & prohibere deberent, tamen plerumque locum aut campum tutum hujusmodi assignant, malevolunq; altercantium propositum ad executionem augent, magisque uni quam alteri favent, ex quo hominum mortes repentinae, & nisi divina gratia praeviantur, animarum perditiones, mutilationes, & vulnera, interstantesq; pugnantium amicos odia & altercationes, & ex uno inconvenienti plura oriuntur, in ipsorum fidelium animarum & corporum periculum, generisq; humani praefati iacturam, perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum. Nos igitur qui fidelium praedictorum tranquillitatem & pacem sinceris desideris exoptamus, saluberrimis Christianae religionis documentis, & exemplis Deum tentandum non esse praemoniti, Salvatorisq; Domini nostri Iesu Christi, qui Petro Apostolorum Principi ut gladium mitteret in vagina mandavit, praecipis edocti, attendentes hominem homini, inter quem cognationem quamdam natura constituit, insidiari nefas, & gladiatoria munera & pugnationes hujusmodi vulgares a religionis nostrae pietate damnari, cruentaq; spectacula a facris canonibus, & imperialibus legibus inhibita & improbatasq; pugnaes infamia notari, & diversis poenis puniri, & cum omni tempore, potissimum tamen in ocio civili, & domestica quiete publica detestanda esse, motu proprio, non ad alicujus super hoc nobis oblatam petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, hac in perpetuum valitura constitutione, duellorum & gladiatorum hujusmodi usum damnamus & improbamus, & in terris Rom. Ecclesiae mediate & immediate subjectis, per quoscunq; quavis auctoritate & potestate, ac nobilitate fulgentibus, sub excommunicationis latae sententiae poena, e quacumque causa, etiam a legibus permittis, fieri omnino prohibemus: Dictosq; pugiles taliter pugnaes, ubiq; impunè capi posse & puniri pro homicidio vel vulnere, iuxta juris communis dispositionem, nulla eis consuetudine suffragante, statuimus, corporaq; in duello in terris Eccl. mediate vel immediate subjectis facto morientium in sacro sepelire prohibentes. Ro. 5. Cal. Aug. 1505. Leo Decimus.

Duelli auctores, proscriptioe honorum, spectatores excommunicatione & multa pecuniaria pliantur.

CAP. II.

Quam Deo & hominibus abominabiles viri pugnaes in duello existant, & omnium in ore versatur, & di-

a Concil. Trident. decreto sess. 25. cap. 19. Principes duellum permittentes excommunicantur, & committentes illud, & patroni, consultores, spectatores excommunicantur & sui infames, & proferuntur bonorum multantur.

vina humanaq; jura detestantur: nec immerito, eum non solum corporum, sed etiam eorum animarum, pro quibus Salvator noster Iesus Christus Dei filius mortem subijt temporalem, grave detrimentum afferre noscantur. Ad reprimendum igitur talium nefarios ausus plurimum conferre censentes, eos, qui hujusmodi scelus detestabile quidem, & canonica, & civiliq; lege prohibitum patrare non expavescent, graviter fore puniendos: ac ea quae ad compellendum similes vetitos conatus à Rom. Pont. praedecessoribus nostris statuta fuerunt, ut eò firmitus obli-ventur, quò saepius fuerint auctoritate Apostolica com-munita, approbamus, & novo munimine roboramus, & si qua ad perterrendum in Domino conspicimus salubriter expe-dire. Adjicientes, & eadem auctoritate Apostolica statu-entes, quòd pugnautes ipsi non solum poenis praedictis subiaceant, sed eorum memoria perpetuo damnata sit, ac bona proscrip-ta sint, & Camera nostrae Apostolicae confi-scata eo ipso. Duces, Barones, Comites, Marchiones, & domini temporales, vicarii, feudatarii, terrarum, & loco- nei, Communitates quoque civitatum, terrarum, & loco- rum eidem Rom. Ecclesiae mediatae vel immediate subje-ctorum, campum ad pugnam praestantes, non solum poenas praedictas incurrant, sed ab omni jure quod in locis & territoriis suis obtinent, ipso facto cadant, illudq; ad Camera praefata devolvatur, & devolutum esse cen-seatur, absq; alia declaratione desuper facienda. Qui ve-ro ad talia cruenta spectacula videnda convenerint, si no- biles quingentorum, si medio crifortuna, centum, si ve-ro ignobiles, viginti quinq; ducatorum, necno excommu- nicationis & perpetuae maledictionis poenam incurrant, ac locus ipse Ecclesiastico subiacet interdicto. Et insu- per omnia & singula tam per Iulium praedecessorem sta- tuta, & ut praefertur, per nos confirmata, & illis adjecta, perpetuae firmitatis robur obtinere, ac inviolabiliter ob- servari debere decernimus. Rom. 10. Cal. Aug. 1510.

TITVLVS XVIII.  
DE TAVROVM ET ALIORVM ANIMA-  
lium agitatione & pugna.  
Pius Quintus.

Ferocia & cruenta quocunq; spectacula, in quibus tauri & sauro-  
res et alia fera introducuntur, & ad pugnam ludicram, sed plerunq;  
auxilium hominibus, congregantur, prohibentur.

CAP. I.  
**D**E salute gregis Domini nostrae cura divina di-  
spesatione crediti, prout ex debito pastoralis of-  
ficii astringimur, sollicitè cogitantes, fideles cun-  
ctos gregis ejusdem ab imminenti corporum periculis  
etiam animarum pernicie perpetuo arcere studemus. Sa-  
nè licet detestabilis duellorum usus à diabolo introdu-  
ctus, ut cruenta corporum morte animarum etiam perni-  
ciam lucretur, ex decreto Concilii Tridentini prohibitus  
fuerit, nihilominus adhuc in plebsq; civitatibus, & aliis  
locis, quamplurimi ad ostentationem virium suarum, &  
audaciae, in publicis privatisq; spectaculis, cum tauris &

a Iure Pontificio & civile peritus interdicta sunt duella. And.  
conf. monomachiam, 2. q. 5. & c. 1. de clep. pug. in duello. & c. 1. &  
1. 3. de purg. vulg. & per las. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure.

aliis feris bestijs congregari non cessant, unde etiam huma-  
num mortis, tuemtorum multationes, animarumq; pe-  
ricula frequenter oriuntur. Nos igitur coacti hanc  
spectacula, ubi tauri & ferae in circulo vel loco aguntur,  
à pietate & charitate Christiana aliena esse, ac videntes  
hanc cruenta turpiq; damnorum, & non hominum, sed  
spectacula aboleri, & animarum salutem, quantumcumq; nos  
possumus, providere, omnibus & singulis Principibus  
Christianis, quocunq; tam Ecclesiasticis, quam saecularibus  
etiam Imperiali, Regia, vel quavis alia dignitate signi-  
tibus, quovis nomine nuncupentur, vel quibusvis im-  
munitatibus, & Rebus publicis, hac perpetuo nostra aucto-  
ritate valitura, sub excommunicationis & anathematis  
poenis ipso facto incurrendis, prohibem. & interdicim,  
ne in suis provinciis, civitatibus, terris, oppidis & locis  
hujusmodi spectacula, ubi taurorum aliarumq; ferarum  
bestiarum agitationes exercentur, fieri permittant. Multi-  
tibus quoq; ceterisq; aliis personis, nec cum tauris, sed  
bestijs in praefatis spectaculis, ipsi tam pedestres, quàm  
questres cogendi audeant interdicimus. Quòd si quoru-  
rum ibi mortuus fuerit, Ecclesiastica careat sepultura  
Clericis quoq; tam regularibus, quàm saecularibus benefi-  
cia Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus con-  
stitutis, sub excommunicationis poena, ne eisdem specta-  
culis interfuerint, similiter prohibemus. Omnesq; obsequi-  
ones, juramenta & vota, à quibusvis personis, in honorem  
vel Collegio de hujusmodi taurorum agitatione, esse  
ut ipsi falso arbitrantur, in honorem sanctorum de qua-  
rumvis Ecclesiasticarum solennitatum, & festivitatum,  
quae divinis laudibus, spiritualibus gaudiis, precibus,  
non hujusmodi ludis celebrari & honorari debent, ab-  
solutè factas & factas, seu in futurum fiendas, quae ad  
minimo prohibemus, cassamus & annullamus, pro-  
prios, nullis, & irritis haberi perpetuo decernimus, & de-  
claramus. Mandamus autem omnibus Principibus, Prin-  
cipibus, & Baronibus, sanctae Rom. Ecclesiae, & aliis  
sub poena privationis feudorum, quae ab ipsiusmodi locis  
obtinent. Reliquos vero Principes Christianos, à cruen-  
tum dominos praedictos hortamur in Dominum, à cruen-  
tate sanctae obedientiae mandamus, ut pro divina  
reverentia & honore, praemissa omnia in suis dominiis  
terris hujusmodi exactissime execrationent, ab omnibus  
ab ipso Deo mercedem tam boni operis & recepturi. At  
universis venerabilibus fratribus Patriarchis, Primibus,  
Archiepiscopis, & Episcopis, alijsq; locorum ordinum  
virtute sanctae obedientiae, sub oblatione divina iudicis,  
& interminatione maledictionis aeternae, quatenus in  
vitatibus, & diocesis propriis praefatos omnes, quatenus  
sufficiens publici i faciant, & praemissa eorum sub poe-  
nis & censuris Ecclesiasticis observari procurant.

a Novarius hanc extravaganciam seu Tit. V. confirmacionem se  
interpretatur, ut tam non secundu confines in illis agitantur  
taurorum, quae tale moder amio fit ac talibus & periculis non in-  
terit, ob qua vitanda lata est lex. Cessant enim rationes & iuris  
regis, cessat ejus dispositio, & quia iuxta limitatum legi debet  
strangi vel extendi lex. l. cum pater. & dicitur. ff. de iur. a. &  
quia ex proco mo legi fita causa legi cessat. l. i. §. de  
insti. & c. quia propter. de elici. b. Vide Novarium in  
confess. par. 1. fol. 10. §. 21. de iur. & Ludov. Lopez in  
instru. par. 1. c. 70.

FINIS QVINTI ET ULTIMI LIBRI  
DECRETALIVM SEPTIMI

INDEX



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN